SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Johannellus Tomacellus miles domini nostri pape germanus regni
Sicilie comes dux rector etc. dilectis nobis rectoribus prioribus
massariis nec non consiliis universitatibus et singulis salutem et mandatis nostris
obedientiam mandatorum. Litteras apostolicas bulla plumbea solita bulla(tore)
forma bullatas nuper recepimus cum omni qua decuit reverentia
sub eorum tenoris et continentie subsequentis. Bonifatius
episcopus servus servorum dei. dilecto filio nobili viro Johannello
Tomacello comiti Sore et provincie patrimonii Spoletani
ducatus terrarum specialis commissionis terrarum Arnulforum et non
nullarum aliarum civitatum terrarum et locorum etc. salutem et
apostolicam benedictionem. Novit ille scrutator animorum cordium
quod plurimis doloribus maximum pungentibus et amaritudinibus
nos afficiunt. Res modernis pestilentiis quod temporibus scelestibus [illegible]
etatibus [illegible] et violentiis [illegible] hinc esse debuerimus ut subditos
et fideles nostros quos ab oneribus relevare etc. nos opportebat
de necessitate gravare. verumtamen dum nobiscum meditantes pensamus
quod sicut filiis et subditis nostris in adversitatibus et eventibus tota affectione
consulimus et libenter opportunis auxiliis et favoribus assistimus
ita illi ut indubie credimus in nostris necessitatibus non modo libenter
sed etiam ardenter assistent. Cum itaque pro defensione nostra et
sancte Romane ecclesie etc. Et pro solutione stipendiorum et provisionis
dilecto filio nobili viro Mostarde de Strada non nullarum gentium
capitaneo in partibus supradictis et commissa promissa parte dicta bulla
sequitur effectum ~~tue discretioni~~ committimus talleas seu taxationum
subsidium [illegible] ad summam [illegible] florenorum auri de camera aucto-
ritate apostolica imponendi sub illis modo et penis exigendi et
recipiendi et assignandi prefato Mostarde ut eius pro satisfactione
stipendiorum et provisionis eidem Mostarde reddere conveniat duntaxat
faciendi Et absolutionis quietandi et absolvendi. Super quo discretionem
tuam oneramus secundum facultates civiles [illegible] videbitur onerare
Nos enim sententias sive penas quas rite protuleris seu statueris
in illos qui [illegible] commissis tulerit ut tulerit rata et grata
habebimus et faciemus auctore domino inviolabiliter usque ad satisfactionem
condignam inviolabiliter observari datum Rome etc. x kl. aprilis pontificatus
nostri anno duodecimo. Nos itaque volentes ut tenemur mandata
dicti domini nostri pape debite executioni mandare licet experti de impotentia
vestra et exiguis facultatibus vestris vobis spatium [illegible]
nobisque valde grave atque molestum existat de huiusmodi onere
potentiam vos gravare. verumtamen quia nobis ~~[illegible]~~ satis
inspectum est pro domino domino nostro papa ad gravandum eius subditos et devotos
non sine [illegible] et iustissima cum de necessitate movetur. Innume-
rabilia expensarum [illegible] quas [illegible] hiis elapsis temporibus ut
vobis etiam publicum est pro [illegible] et tota huius provincie quiete subire
oportuit ponderantes devotionem et fidelitatem vestram [illegible] requi-
rimus et hortamur attente vobis et vestrum cuilibet [illegible] presentium
mandamus quatenus pro predicto mandato dicti domini nostri et tenemini pro bono
pacis et quiete vestri hac vice velitis dictum omnis cum patientia tolle-
rare. Et istas pecunias quantitates vobis impositas prout evidenti

Breve di Bonifa-
zio IX. a Gio: To:
macelli per l'impo:
siz: di un sussio:
ne a favore del
Mosarda

Fine del Breve

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 36, c. 131 r.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR